

grau: retrahiturque à concessione, quia nequit fieri nisi conditionate: omnique gratia & abundanter conceditur prae amore Dilectae; quippequam Sponsus cuncta concedere potens, modo pro cunctis cuncta petierit Gertrudis.

18 Et interventionis utilitas. Verum videnda negationis necessitas. *Necesse est in presentiarum hanc precem non exaudire.* Ergo post exaudienda in patrocinium, quod minime oportebat in presentiarum. Occurrit mirabilis repulsa, seu potius spectabilis gratia. *Accesserunt Iacobus & Ioannes, filij Zebedaei, dicentes: Magister, volumus ut quodcumque petierimus facias nobis, Magister.* Meritum ludicum titulo discipulorum. Saue prurient ambitione, ubi non factis quod satis, sed quodcumque. Dedecorant Magistri iustitiam, huiusmodi ambientes gratiam, quasi discipulis in maiestatem throni sufficeret tantum petere. Audivit Magister bonus, quid illi peterent praebonitate Magistrum iustitiam, ut unus ad dexteram eius, alius ad sinistram sederet in throno gloria: dixitque illis, *Sedere ad dexteram meam, vel ad sinistram non est meum dare vobis, sed quibus paratum est.* At quibus paratum est? Illis. Si illis, quomodo verum *Non vobis?* Ut fulgeret gratia in ipsa gratie repulsa. Ipsis concedenda secundum merita selsio, sed non modo. Modò repelluntur à gratia, ut concederetur postea: ostenditque simul supplicantium merita; quippequam illis negaverat, quod illis tantum concessurus erat. Aliter. Thronos concessit, dum Virgo Mater poposcit. Vide Novaria. hic. Iam illorum petijt mater.

Marc. 10. 35.

Ambitiole- vibus mirtur.

Verf. 40.

Pretiofor gratia, qua conceditur repulsa.

Matth. 20. 20.

Quam vailida Virgini intercessio!

Bloss. fol. 22. Quanta Gertrudis cum Sponso familiaritat?

vix credere possent illum tantam amicitiae familiaritatem praecellentissima matri suae demonstrasse in terris, quantum huic virgini demonstravit. Etiam oportet; quae non oportebat gratia; quia Gertrudis petijt gratiam, ut oporteat: simulque ut concedat, Sponsus amovet: igitur ita eius precibus sibi placet; quod gratiam denegaret, ut iterum illa peteret. Necesse in presentiarum inficiari gratias, ut denuò petas. Quanta per illam Sponsi gratia, dum signum concessionis est repulsa! Altiori intuitu Gertrudi gratiam petitam negaverat, quam illi tantum concessurus erat. Singulare hoc privilegium Gertrudis: per illam Sponsus favore indignis: dignosque facit, quoniam illa petit. Gertrudem vidit, illam ut thronum invenit, elegitque pro sublevatione hominum, in charismatum thesaurum. Quis non diligit Gertrudem, in illa inveniens non tantum gratiam, sed omnem? Ut cuncta tanquam è divite fonte hauriret, cor illi amanter aperuit.

*Et me Phœbus amat: Phœbo sua semper apud me Munera sunt.*

Virgil.

DIDASCALIA VI.

Martinus gemma Praesulum.

Quicquid in Praesulibus desiderat Paulus, ostendit in regimine singulariter Martinus.

Summus Ecclesiae fulgor,

*In quo post vite tempora vivit honor.* Canit Sidonius Apollinar. *Epist. 18.* Huiusmodi homines (si homines huiusmodi) inquit Seneca de Provida, cap. 6. *Nati sunt in exemplar.* Quippini in exemplar, qui totius Ecclesiae iubar? Si lucerna super candelabrum, habemus nobile exemplar in exemplum. Ergo videamus, quomodo accenditur, & quomodo extinguitur.

*Ambiani tremulam cernens Martinus egenum,*

*Dimidia chlamydis mox ope membra tegit.*

*Sed coram Angelicis turmis se hanc nocte silente*

*Pauperis in specie Christus habere refert.* Accinit Venant. Fortunat. lib. 10. Carm. 1. *vers. 1.* *Solyson cum aliquando Dario privato dedisset vestem, ad eum regem adijt, & principatum obtinuit:* ait Brietius ann. *Mund. 3542.* & Gyrald. de *Vitand. ingrat.* Imperator Christus regnabat in caelis, quum

Sidon.

Senec.

Martini cibaritas.

Venant.

Briet.

à Martino honestatur nuditas pauperis: se- derque cum veste in folio, ut doni accepti eiusfulget acceptatio: igitur fulget in caelesti Imperatore, quod privato duntaxat concessum pauperi. Exaggerat pretiositatem vestis, missa Sponsa novae Iasonis, vafra Medea, dicitque apud Euripid. v. 954.

Muneratur divisa chlamyde.

Enripid.

Quae vestis solis.

Psal. 15. 11.

Unde tanta acceptio muneris?

*Ornatum quem olim Sol Pater dedit posteris.* Altius profectò æstimatur Martini donum, dimidia chlamyde coopertiens egenum: siquidem Sol iustitia in caelis habet, quam vestem Martinus dedit.

2 *Notas mihi fecisti vias vite: adimplebis me letitia cum vultu tuo:* quod dicebat Psalmographus, profertre potest Martinus. Via ad vitam est sublevata pauperis: vita, catholica fides: & vias vite habuit Martinus notas, dum sublevata paupertas; ut pateret quanti meriti futurus, qui miles sicine in pauperes pronus: etenim pauperem proprio cultu decoravit cum catechumenus esset. Qui hoc in statu vitam in via vite, non in vita, quia deest ex baptismo gratia. Magni utique est, nudari propter pauperes, illos, qui in gratia iam sunt: notæque factæ Martino vig vite, honestato paupere; & simul quantus futurus, quando populi regimnis grave susceperet onus: igitur fecit catechumenus in vita semita, quod alij minime faciunt in vita. Merito huius singularis obsequij premium respondet, vel in caelo singulare. Premium est, ubi ex acceptione elemosynæ letitia: verum non letitia plena, quousque acceptoris demonstrat facies: Martinusque adimpletur letitia, vultu in caelis accipientis; quippe Christus demonstrat in gloria throno, quem cultum pauper acceperat à Martino. Virtus Dei vel in somnis signum specialis gratiae, quoniam speciem gloriae. Martinusque vultu Christi laetificatur, quum eius ornatu induitur; quia non tam insigne quod vestem Christo donasset, quam quod Martinus catechumenus fecisset.

Esther 6. 10

Merita Reipublicae commoda. Cap. 21. 5.

quia quilibet celebrat etiam utiles ministros, si viderit necessarios: maximarum enim literarum obviat litura, etsi videant commentaria. Casu accidit memoria facti in exaltationem Mardochei. Unde percussus Princeps ait: *Quid pro hac fide, honoris ac premij Mardocheus consecutus est?* Dixerunt ministri: *Nihil omnino mercedis accepit.* Quomodo nihil accepit, si Princeps donis delationem muneravit? Quippe si facinus illustre, magis ac magis à presentis status conditione. Ante fores palatii, ut ingrederetur, erat: tunc etiam fidem erga Principem nunciabat: meritoque à Rege extollitur, à ministris quoque plauditur; cuius fides ita magna, antequam ingrederetur. Ampliora meruit, qui tantam fidem exhibuit: prestare debet culmen honoris, dum praestat peccatoris fides: nihilque accepisse honoris dicitur, quum muneribus magnificis decoratur; quia exigua videntur cuncta, praeregi praestita gratia: igitur si fides amoris signum, & munera praenium; cuncta pretiosa nihil, quasi non aliquid, fidem praestanti magnificam, antequam regis favore ingrederetur in aulam.

Cap. 6. 3.

Astinobis licet victas, ante tempus.

4 Ingressus est Martinus, ubi baptismi gratiam suscepit. Iesum in veste divisa vidit.

*Dum chlamidem Martinus inops divisit egeno,*

*Christus ea memorat se bene veste tegi.*

Plura & ampliora ab alijs susceperat Christus: cur igitur ex dimidia chlamyde tantus plausus? Acturum dicit: *Martinus abduc catechumenus hac me veste contexit.* Ecclesia Catholica est aula caelestis regis. Sunt catechumeni ante huius palatii fores. Ingrediuntur in regiam, dum baptismi accipiunt gratiam: & vestis Martini catechumeni vel in gloria folio plauditur; quia illam Christo ministravit, priusquam Ecclesiae fores ingrederetur. Proponit Princeps caelicus in fidei signum, cesium à Martino ornatum; ut constet catechumeni fides ex liberali concessione vestis: igitur si fides profitenda in fonte sacro, & vestis Christo confertur à catechumeno; iure in caelis de catechumeno extollitur, quod haberet Christo fidem, antequam profiteretur. Quid pro hac fide, honoris & premij accepit? Ipsam vestem Christus induit. Digna sane caelesti regis; caelestique throno, ut accepta à catechumeno: equidem fidem insignem ostendit Martini peccus, antequam in Ecclesiam concederetur introitus. Quid honoris pro huiusmodi fide? Ni premium firmaretur ex caelo, nihil omnino. Gratia debet esse singularis,

Venant.

Antequam profiteretur, fides à Martino habetur.



ubi singularis fides. Non singulare, quod ingreffo iam in Ecclefie palatium: & ut fidei novae responderet premium novum; apparet in caelo vestis, quam Martinus federet ante fores. Aliud miraculum videtur, ubi Martinus ad Ecclesiae fores sistitur. Ut obtineatur donum celestis charitatis, catechumenorum corda prevenit fides. Quod fugiat pauperem tristis necessitas, cogitat in corde charitas: vestisque pauperi data ab inope catechumeno, collocatur anxie in caelo; ut luceret tanquam novum in Martino, quod prius proficeretur amorem, quam proficeretur fidem.

Amo Chari-  
tas.

Exod. 3. 3.

Quomodo?

Ambros.

Martinus to-  
tus miracu-  
lum.

atus lumine quasi veste, apparuit Martini veste decoratus, quasi lumine.

6 Mors & tempus collocata simul a Ioann. Orozio lib. 1. Emblem. 11. in aviditate cordis Martini videtur, quod in natura disinguitur: etenim si fructus tempus maturat, & mors halitum suffocat; mors Martino expectat maturitatem temporis, in fructus opimos perfectissimae virtutis. Sponsus descendit in hortum, ut videret, si florisset vinea, & germinassent mala punica. Cur non dicit: Si florisset poma? Respondet Alapide. Maturescunt initio aestatis cum fiorem vinea, & germinant mala punica. Non florent apte hortus voluptatis Sponsi, nisi fructus essent in hyeme. Hortus Sponsi est, ubi vel in hyeme fidei ita fructificat cor: equidem ante tempus cum fulgore perfecta virtus; nil mirum, si fructus habent, quam alia tempore fiorent. A summo incipit Martinus. Non mensurat perfectionem tempus: etenim hyeme fidei, qua virtus in flore riget; in fructus perfectionem maturefcit, ostendens vel catechumenus fructus extra perfectionis tempus. Si a summo Martini vita, qua vite summa? Iam satis dicebat) verum fiat voluntas tua. Nimirum inter spem, amoremque postas, dubitavit pendere quid mallet; quia nec discipulos deservire, nec a Christo diutius volebat separari.

Mors & re-  
pus simul.

Caet. 6. 10.

Magni fru-  
ctus in hye-  
me.

Martinus a  
summo.

Lipom.

Lipoman, quo sup. fol. 332. ex Sever. Sulpit. lib. 3. de Vit. Martin. Aperti sunt tibi caeli: verum quid optas Martine?

7 Mibi enim vivere Christus est, & mori lucrum (inquirebat Doctor Gentium) quid eligam, ignoro. Coeuretor autem de duobus: desiderium habens dissolvi, & esse cum Christo, multo magis melius: permanere autem in carne, necessarium propter vos. Pater Paulo gloria: urget etiam discipulorum angustia: & ignorat; quid eligat, cum gloria pateat? Utique. Aliud monet propria utilitas: aliud flagrans in pectore charitas, quae sua sunt, non querit, ut aliud adiuvet: permanereque in carne vocat necessarium, quod proponit electivum; siquidem propter discipulos manere in custodia corporis, manebat tantum a necessitate charitatis. Habebat in Christo vitam, imo & gloriam. Lucrum erat mori, dispendium commodum discipulorum: dicitque necessarium manere in carne, ubi urgent pro solamine discipuli; ut luceat fastigium charitatis, abditae felicitate immortalis beatitudinis; quandoquidem id lucrum charitati necessarium, proprium relinquere lucrum. Si moreretur, exutus carne; propria consulere gloria. Si viveret, gloriae Dei satagebat, quam Paulus

Phillip. 1. 23  
24.

Pauli chari-  
tatis eximia.

lus impense desiderabat; ut in caelos mundus perdaceretur, pro quo & a quibus ultrò removebatur. Invitabat aeterna felicitas: urgebat quoque discipulorum necessitas. Illa ut in gloriam intraret: hac ut pro illis gloriam refugeret. Arctabatur a duobus, volens dissolvi, & volens manere. Tumultus pectora quatit, Penitusque voluit: rapior, & quod nescio; Sed rapior. Facere quid tandem paras? Nescio quid animus meus, & solito amplius Supraque fines moris humani tumet. Quid ergo? Amoris summi ostendenda demonstratio. Si sui oblivisci, amoris vehementis lex; necessarium permanere in carne propter vos: & etiam Deum summe diligere, permanendo propter vos in corporis pressa carne; ostensa caeli gloria, & ianna pervia: etenim duntaxat summe charitatis vis, Dei derelinquere gloriam, ad maiorem gloriam Dei.

Senec.

Et amor  
summus.

Conditio per-  
fectae chari-  
tatis.

Haecten.

Paulus as-  
cendit cacu-  
men.

8 Charitas perfecta (inquit Haecten) in Via regia Crucis, lib. 2. cap. 12.) labores non sentit, meritum non intuetur, premium non requirit, & tamen plus omnibus urget. Unde idem ibid. accinit. Non paenas fugio, nec pro cruce premia posco. Sat mihi Dilectio posse placere meo. Equidem cum gloria amoris sit amor, non amor gloriae, nec meritum, nec premium inquiritur ab amante. Gloriam duntaxat, quam habet, querit; ac in maiorem in cumbit: maiorem cordis proficitur fidem, amare propter amorem. Si gloria premium est, vehementer cum gloria amoris diligit cor: equidem vehementiorem non potest concipere flammam, quam pro dilecto dilecti fugere gloriam. Placet magis dilecto charitatis magnitudo, qua oculi prope habentis submoventur; ut alij praevenientes ingrediantur. Ingredi non possent in caelestem patriam, si prius charitate astantes ingredierentur in gloriam: Deus vult omnes salvos fieri, quod illi summe est in corde: intendit etiam in amantium premium, atque gloriam reliquorum: verum cum Paulus non premium, sed gloriam Dei quereret per amorem; extimiam deprompsit dilectionis fidem: igitur reliquit locum beatitudinis perviam; ut illo non ingrediente, alij ingredierentur in gloriam.

Sev. Sulpit.

9 Amor Dei cognoscitur per gratiam semen ad gloriam: diligit enim diligentes se, cuius deliciae cum hominibus sunt. Gratiam Moyses amore quaesivit, & invenit: inventaque, etiam gloriam concupiscit. Si invenit (inquit) gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam, ut sciam te, & inveniam. Equidem cum

possit, Deum non videt gratia amoris; & Angelus missus semper videt faciem Patris. Vide acumen in Bernardo serm. de Martin. num. 17. Angelus mittitur, ut praecedat, hominem custodiat, atque in caelum introducat: at non introducitur custoditus, quin introducatur Angelus. Amor est, charitas est in nobili diligenti ministerio: verum superatur a Martino: equidem ille a gloria sibi oblata removeretur, ut grex ab illo custoditus ingrederetur. Terra promissionis, quia terra viventium, est Empyrium, ubi gloria & felicitas Sanctorum. Vidisti eam oculis tuis (dicit Dominus Moysi) & non transibis ad illam. An gaudium Moysi, aut cordiolium? Perfecto gaudium: siquidem vel visa absentia letificans, modo caeteri in gaudium terra promissionis transeant. Volebat Dominus illos ingredi, Moysen subtrahi. Huic glorie claritas solummodo Dei voluntas: equidem cum in voluntate exprimitur amor, in gloria cordis diligentis premium; non propriam Moyses in gloria quaerebat felicitatem, sed duntaxat amorem propter amorem. Erat Martinus oculis ac manibus in caelum semper intentus, cui in gloriam patebat introitus. Terra promissionis coram oculis, lamina cordis percussans mulcimine claritatis. Oculis videbit eam, & non transibit ad illam? Modò erga gregem exercebatur charitas; abdidit prorsum, quod eiceretur foras. Fiat voluntas tua: clamat ad Dominum, vel dum sibi videt patulum caelum. Sibi videt, & sibi non videt. Premium quaereret, si videns sibi videret: Deique attenditur voluntas, vidente caelorum ianuam; quippe amor tantum quaerebatur amantis, nequaquam premium amoris: igitur si ingredi in gloriam amantem, cedit in Deitatis maiestatem & honorem, & non ingredi in caelestem aulam, in maiorem Dei gloriam; quicquid Deo magis placeret, Martinus duntaxat vult; quoniam ut alij fruatur, Dei abdicabit se gloria ad maiorem gloriam Dei. Satagebat Praesul Sanctissimus nobile, ultra quod nihil, patrare facinus. Cupiebat amore ostendere, quantus flagrabat in corde: cumque ostendere nequiret flammam, ni amantis videret gloriam; visam propter dilectum dereliquit claritatem, ut vehementiorem demonstraret amorem.

11 Amor Dei cognoscitur per gratiam semen ad gloriam: diligit enim diligentes se, cuius deliciae cum hominibus sunt. Gratiam Moyses amore quaesivit, & invenit: inventaque, etiam gloriam concupiscit. Si invenit (inquit) gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam, ut sciam te, & inveniam. Equidem cum

Ministerii  
Martini su-  
perat Ange-  
licum mini-  
sterium.

Deut. 34. 4.

Gloria amo-  
ri, amoris  
gloria.

Amor aman-  
tis premium  
amoris.

Exod. 33.  
13.



gratiam ante oculos tuos. Gratiam querit in gratiam; & ideo Dei capit videre gloriam. Gloria per gratiam queritur: quo igitur intuitu gloria ob gratiam desideratur? *Verus amor* (inquit Idiota de *Amor. Divin.* lib. 1. cap. 1.) *non requirit premium, etsi mereatur.* Si Moyses requireret gratiam propter gloriam; premium amoris requireret, sed non in summum amaret: quandoquidem summus amoris honor, propter amorem amor: gratiamque poscit in gratiam, dum poscit gloriam; propter amoris vehementiam: etenim si gratia gloriam habet, & ingreditur; relinquendo beatitudinem, non se querit, sed amantem. Aliquid pretiosius latet, quod ostendere congruit. Probatio dilectionis exhibitio est operis. Ni gloriam vidisset, quid relictum non cognoveret. Quam magna, constat ex ipsa unione; ut merito habeatur tanti, quod propter illam omnia relinquenda, sed non illa; propter quam nihilum omnia. Amore gloria queritur, visione cognoscitur. In visione claret gloria, in amore vero gratia: queriturque gratiam, ut videat gloriam, à viâque gloria removeatur propter gratiam; ut claret magnum amoris studium inter meritum, & premium: igitur si amor magnus per magna, & nihil maius quam gloria; nil amore magni faceret, ni gloriam propter amorem relinqueret.

11 Ergo clarus. Quid enim, si renunciat, quam necdum viderat? Magnum propter amorem videre, & propter amorem à visione sciungi. Demonstrationem summi amoris Moyses cupiebat, dum gloriam sibi destinatam spectabat: petitque gloriam in gratiam; ut habeat annis gloriam: siquidem summa, relinquere propter ampliorem amorem, quam cupierat enixim videre faciem. Nil magnum relinqueret, ni relinqueret, quod reliquisset, magnum: nil gloria cogitatur pretiosius à corde, si relinqui cogitabile: verum cum amans non confuscat sibi, sed solummodo amor; gratia Moyses petit gloriam, sed in gratiam: igitur non concupiscit, ut habeat; sed ut præ amore relinquat. *Ostende mihi faciem.* Quorsum ergo? Ut Domini sit cognitio. *Ut sciam te:* ut videam, ut te, quantum mihi, etiam cognoscam; & cognoscam simul in eo quod cognovi, qualis in amore tibi: igitur si amor cognoscitur, per quæ operatur, & simul exultans cogitat cor; nihil plus. Cognoscat, quum tuæ gloriæ micat iubar. Ostendam summum amorem, si videro claritatem. Cognoscat si cognovero, quod amoris quit pervenit magnitudo: igitur per te amore

illectus relinquam, quod magis ac magis præ amore desideraveram.

12 *Fortis est ut mors dilectio*, dicebat Spona charitate vulnerata. Id est, dilectio fortis ut mors. Vide dicta *Tautolog.* S. D. 1. à num. 13. Cur dilectio non confertur vitæ, si necit amantes? Vitæ similis dilectio, verum non dilectio fortis. Fortis mortem habet symbolum, uti amoris vehementis manus obsequium. Ununtur amore corpus & anima, vivuntque sociæ. Dilectio est, sed fortis in morte fit igitur separatur à dilecto, quousque eius immortaliter denuo perfruat confortio. Mors separatur: fortemque amorem Spona morti corporis æquiparat; quippe summi amoris demonstratio, fortis in corde dilectionis exhibitio, dum amari cognoscit; ab eo separari, quem tota vitâ dilexit. *O virum ineffabilem* (dicam cum Sulpitio lib. 2.) *ne labore victum, nec morte vincendum, qui in nullam se partem priorum inclinaverit: nec mori timuit, nec vivere recusavit.* Mori non timuit, quia gloriam videbat: non recusavit vitam, quia illam habebat ad ampliorem gloriam: equidem si gloria premium; amorem, non premium, amoris cogitabat studium: cum gloriam dilecti uti premium videret, & propter dilectum beatitudinem relinqueret. Toris visceribus affluat in Dominum, semper respiciens in cælum, quo gloriosus quiesceret, qui tandi in hoc mundo laboravit. Aperitur porta, ut ingrediatur gens iusta, custodiens veritatem: sed quid ille? *Non recuso laborem.* Amoris elucet summitas, dum præluet tanta charitas. Fortis dilectio est ut mors. Ut dilectio, in unionem tendit; ut fortis, prorsus sciungit: fortemque Martinus demonstrat amorem, habens in gloria præ oculis æternam felicitatem; siquidem præ amore à dilecto removetur, qui quandiu vixit, præ amore arcè desiderabat: amorque summus patet, dum contraria amori apponit; igitur vitam ministrat, propter quem mori volebat: & duntaxat amor summus efficere quibat, quod vita uti mors distingeret, quem tota vitâ Martinus desideranter amavit. Gloria ostenditur, ut cognoscat Dominus, & etiam ut cognoscat Martinus. Ni gloriam vidisset, non reputaretur in gloriam; quippe fomitem non haberet in charitatis flammam. Modò cognoscitur; non quia in gloria videtur, sed quia non videtur: igitur magis illuminatur, & simul illuminat; dum cæli solium relinquit, ut alios in cælum ducat, & simul trahat.

13 Nato Domino; apparuit stella in Oriem.

Oriente fulgens, quæ plauditur stella nati Solis. *Vidimus* (dicunt Reges) *stellam eius.* Stellam, quæ Solis rotam vicit decore ac lumine.

— *Stellam micantem*

*Insultat videre Magi splendescere luce.*  
*Cui nitor insignis.*

Succinit Souza de *Nativit. Christ.* lib. 6. Commendatur humilis, dum fidei oculis obijcerit tanta claritas: igitur non ita coruscam claritatem haberet, ni à celsitudine cæli penè in terram descendisset. E cælestibus fuisse arum Augustin. serm. 1. & 2. in *Epiph.* In firmamento lucebat: ibi enim ut luceret, Deus collocavit; sed ibi uti in cælo sedens, in Deum aberrantes non dirigeret: maioremque accipit lucem, cælorum relinquens sedem; quippe maioris splendoris decus amplissimum, cælum relinquere, ut alios ducat in cælum. Ni descendisset de throno Dei, à quo in cælo collocata, non esset in Oriente ulla cognitio, manerentque Magi Reges in umbris superstitionis. Descendit, & tunc magis coruscavit. Tunc Gentilitas Regem adorandum cognovit, autem stellæ splendore, ex luce communicata Gentilitati igitur amplior habenti fulgens debebat lux; cum thronum à Deo relinqueret, & perduceret ad Deum. De cælo descendit, reges ducens antecessit, usque dum veniens staret supra ubi erat puer. Non ingreditur simul? Nullo modo. Ambiebat ampliorem splendorem, dum cælorum deseruit claritatem: ampliusque claruit, ex eo quod cum in cælum illa fulgens ascendere posset, propter illos in hoc mundo remansit.

14 Stella hæc patuit in revelationem Gentium: Martinus uti stella in illuminationem subditorum. Natus erat Salvator in

horum cordibus, & cupiebat Martinus, ut viderent in cælestibus. Splendor illi ex virtutibus erat. *Dives in meritis, dives in miraculis, dives in virtutibus, dives in signis:* ait Bernard. serm. de *S. Martin.* n. 12. Adhuc fulgori locus, adhuc amplior virtuti virtus, meritis meritum, signis signum, & miraculis miraculum: igitur splendor miraculorum, ut alij in cælum feliciter ingrediantur, ultro relinquere cælum. Quasi odium videtur, quo magis amor probatur. *Odisti me & non diligis,* dicitur inter sæculi amafios: aliter in amore qui penetrat cælos. Per odium cordis notatur aversio, per dilectionem charitatis magnitudo. Quod alluit natura, negat aliquando gratia; & arte miracula, apparente demonstratione averfiodis, crefcit flamma charitatis: equidem nulla maior, neque pretiosior splendor; quam quod ut alij sint atque regnent in cælo, Martinum esse in hoc misero mundo. *In utrumque paratus,* fuit epigraphæ bovis, id est, in aram & aratrum. Vide Petram-Sanctæ, de *Symbol. heroic.* lib. 9. cap. 5. In Martini plausum, quo dudum Bernardus sequitur argumentum. Paratum Martini cot in aratrum ut labore: paratum etiam in aram beatitudinis, ut morte medianæ triumphet: at cum eius charitatis splendor sit propter amorem amor; relinquit gloriam luminibus perviam, ut alij atque alij introducantur in gloriam. Si ducere alios in cælum, niter inter Praefules pretiosum; Martinus effulurat gemma Praefulum: quandoquidem amor ab ingressu gloriæ revocat, ut alios in felicitatem introducat. Siccine Martinus pauper, in cælos ingreditur dives.  
*Sic bene pro meritis famulo dat Christus honores.*

Matth. 2. 2

Souci

Claritas bu-  
militatis.

Separari à dilecto quomodo summi amoris exhibitio?

Sev. Sulpit.

Splendor Martini ex cæli relicto culmine.

Vers. 9.

Martini à gloria recusus, amoris plausus.

Quoniam pauper & dives? Bernard.

Judic. 14. 16

Extrema charitatis signa.

Petr. Sanctæ.

Singulariter honoratur.

Venant.

